



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. V. De benedictione, Benedicere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

ducit, pacis sopire qveat lenitas, d. l. 1. pr. c. 1. *caus. 34. q. 1. in pr.* unde omnia prius tentanda, quam ad arma procedatur. Hinc Carolus V. Imperator, cum Legatum Venerum quidam ad eum detulisset, quod tarditatem & lenitudinem ejus culpasset, prudentissimè, nihil inde offensus, respondisse legitur; nunquam mundum à bellis quieturum & respiraturum, si ea celeritate, quæ res & causæ plerumque postulant, bella statim moventur. David Chytraeus in orat. de vit. & morte Car. V.

II.

Bellum temerè suscipiendum non est, præsertim Christianis, quibus bellum permillum non est, nisi justum & legitimum, Gail. 2. O. 32. n. 3. Ventura de Valent. in Parthen. Litig. lib. 1. c. 3. n. 39. alias latrocinium est, non bellum. Herodot. lib. 1. Bellum autem justum est, quod pro recta ad Deum religione & pro subjectorum pariter libertate gerendum suscipitur, Nov. 78. cap. 4. in fin. Quod tamen ita verum est, si infideles non quietè vivant, secus si nullo modo Christianos homines & fideles Dei offendant, l. Christianis 6. C. de pagan. c. dispar. n. caus. 23. quest. 8. c. Judæis. extr. de Jud. c. qui syncem. 3. dist. 45. vid. Carpz. cum alleg. ad Leg. Reg. c. 4. sect. 6. n. 16. & seqq. nec enim bellum modus est tollendæ scissuræ Thuan. in præfat. hist. Item justum est bellum, quod necessarium & defensionis causa suscipitur, Carpz. ad L. Reg. c. 4. §. 1. n. 18. & seqq. & singulariter etiam pro religionis defensione Carpz. de c. 4. §. 6. quod denique pro recuperandis rebus ablatis geritur, c. 1. 2. caus. 23. q. 2. l. qui resituere 68. de R. V. Nov. 30. c. 1. §. fin. Rec. de anno 1521. §. Unde als wir 29. Rec. de anno 1566. §. Nach obgesetztem 125. & Rec. de anno 1576. wir haben auch 105. Nunquam verò legitima belli causa sola Imperii amplificatio, licet sub prætextu religionis fiat. Vid. Carpz. ad L. Reg. c. 4. sect. 5. & 6. n. 10.

III.

Quæcumq; jura privatus persequitur in judicio, ea princeps persequitur bello. nam ubi desinunt actiones, ibi incipit bellum, causa ergo belli justa non est cupiditas extendendi imperii, metus vicinæ potentia; sed defensio vitæ, religionis, regionis &c. Perez. in Cod. ut armor. usf. n. 18. seqq.

IV.

Bellum dicitur casus fortuitus, l. in rebus 18. ff. commod. imo & incogitatus, unde generali concessione immunitatis, non venit immunitas, ab oneribus belli, quia immunitas non extenditur ad accidentalialia, secundum communem opinionem Alex. consil. 28. n. 8. lib. 1. & consil. 107. col. pen. lib. 3.

V.

Tempore belli factum dicitur, quod paulo ante vel post factum, Bald. c. 1. col. 2. de pac. ten. d. comm. in l. si mulier. ff. solut. matr. l. Pedius. 4. ff. de incend. ruin. nauf. Tiraq. in tr. de retrat. conv. §. 1. gl. 5. n. 2. imo & in materia poenali belli tempus sub se comprehendit tempus treuga; textus in cap. significavit n. de Jud. text. in c. 2. §. vasalli. qui feud. dare poss.

Limitatur dupliciter Felin. in cap. significavit n. extr. de Jud. in pr. ubi vid. & agendum hac de re amplius in formulis.

VI.

Quicumque non habet majestatem ille nec potest bellum gerere. Non igitur Consules aut principes inferiores arma movere possunt, illi enim Judicem habent ad componenda dissidia: neque alii privati, qui si arma moverint, rei criminis læsæ majestatis fiunt, semper enim in illis injusta belli causa præsumitur. Quia verò cum Latronibus nullum bellum est, l. 118. de V. S. nec hi Dominium rerum captarum acquirunt, nec captivitatis nec postliminii jus habent l. 19. l. 24. de captiv. Judices contra eos arma licitè movent, magis enim est executio jurisdictionis quam verum bellum. Perez. in Cod. ut armorum usus. n. 15. 16. 17.

VII.

Tantum in bello spectat ad privatum capientem, quantum princeps belligerans permittit. quia principi bellum geritur, & ipse pro operâ militibus stipendia solvit.

VIII.

Bellum prius debet denunciari & hostis diffidari, aliàs agitur proditoriè. Jaf. in §. 15. Inst. de action. vid. Grot. de J. B. & P. L. 3. c. 3. §. 11.

IX.

In bello justo capta statim fiunt capientium eaque in foro conscientia; retinere licet. Jaf. in L. 1. col. 3. ff. de A. P.

X.

In expeditione militari ab omnibus Exercitui annona & res necessaria; advehendæ sunt, nec ullum dignitas, egestas, privilegium vel speciale rescriptum relevat. Perez. C. de quib. mun. vel præstat. n. 1. seqq.

XI.

In principis expeditione cessat immunitas, quam quis habet à Contributionibus bellicis & omnibus servitiis. Brunnem. Comm. C. de quib. mun. vel præstat. XII.

In bello justo militare non est delictum, nisi fiat propter prædam c. militare. §. c. 23. q. 1. & milites de justitiâ belli solliciti non esse sed credere debent, principem suum justè bellum suscipere adeoque hostem occidere possunt, imò debent. Perez. C. qui milit. poss. n. 2. 3.

CAP. V.

De benedictione, Benedicere.

Benedicere est Dei causare bonitatem, nostrum est agnoscere Dei beneficia, Damhoud. in prax. crim. & præsertim paterna benedictio divinam promovet, maledictio non transit sine quadam infamia. l. 13. C. ex quib. caus. infam. non tamen patris benedictio tacitam statim involvit institutionem, Zabarell. consil. 60.

CAP. VI.

Bene facere, bene agere, bene fieri.

Axioma I.

Bene agere inter bonos oportet. §. 1. Inst. de fideicom. hered. ubi Cant. hinc est, quod in bonæ fidei negotiis, ubi boni viri arbitrium locum habet, tantundem valeat officium judicis, quam